



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXXI. De delectatione, secundum se.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

Super quod in q. 1. prima articuli primam.

De delectatione secundum se, in octo articulis diuisa.

DEINDE considerandum est de delectatione, & trinitia.

Circa delectationem uero consideranda sunt quatuor. Primo, de ipsa delectatione secundum se. Secundo, de causis delectationis. Tertio, de effectibus eius. Quarto, de bonitate, & malitia ipsius.

CIRCA primum quaruntur octo.

Primo, Vtrum delectatio sit passio.

Secundo, Vtrum sit in tempore.

Tertio, Vtrum differat a gaudio.

Quarto, Vtrum sit in appetitu intellectiuo.

Quinto, De comparatione delectationum superioris appetitus, ad delectationem inferioris.

Sexto, De comparatione delectationu sensitiuorum adinuicem.

Septimo, Vtrum sit aliqua delectatio non naturalis.

Octauo, Vtrum delectatio possit esse contraria delectationi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum delectatio sit passio.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod delectatio non sit passio. Dama. n. in 2. li. distinguit operationem a passione, dicens, quod operatio est motus, qui est secundum naturam: passio uero est motus contra naturam: sed delectatio est operatio, ut Philosophus dicit in 7. & 10. Ethico. Ergo delectatio non est passio.

2. Præter. Passio est motus, ut dicitur in 3. Physi. sed delectatio non consistit in moueri, sed in motum esse, causatur. n. delectatio ex bono iam adepto. ergo delectatio non est passio.

3. Præter. Delectatio consistit in quadam perfectione delectati, perficit enim operationem, ut dicitur in 10. Ethi. sed perfici, non est passio, uel alterari, ut dicitur in 7. Physi. & in 2. de Anima. ergo delectatio non est passio.

SED CONTRA est, quod Augustinus in 10. & 14. de ciuita. Dei, ponit delectationem, siue gaudium, uel letitiam inter alias passiones animæ.

RESPON. Dicendum, quod motus appetitus sensitiui proprie passio nominatur, sicut supra dictum est. Affectio autem quæcumque ex apprehensione sensitiua procedens, est motus appetitus sensitiui: hoc autem necesse

ratione ad naturam: & subordinatum finis in dicitur, qui est natura: propter quod concupiscentia naturalis ipsius delectabilis facta est. Rationalis autem concupiscentia delectabilis infatiabilis est, ut patet in personis deditis ueneris.

Circa responsum ad primum in eodem articulo aduerte, quod illa uerba literæ, prout concupiscitur semel in actu, replicanda sunt super secundo membro, ita quod sensus est, quod concupiscitur semel in actu, est finitum: uel quia est finitum secundum rem, uel quia est finitum, secundum apprehensionem. Potest enim concupisci semel in actu tam finitum quam infinitum secundum rem, ut patet in concupiscente simul infinitam pecuniam. Apponit autem has duas conditiones, scilicet unitatis, & actus alitatis: quia plurium concupiscentiarum nihil prohibet infinitum concupiscibile esse obiectum, & similiter concupitum in potentia potest infiniti rationem, sed semel & in actu concupitum non nisi finitum uel finitum est. Appositum autem uerba illa inter primum & secundum membrum in litera, cum tamen utriusque membro præposita clariorem effectum sensum prædicent, ut merita ipsi finiti secundum rem a finito secundum rationem discerneret.

Finitum, n. secundum rem ex parte sui habet, quod semel in actu concupiscitur. Infinitum autem non ex parte sui, sed rationis apprehendentis ut finitum habet, ut semel in actu concupiscatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio quodammodo est uirtutis infinita, in quantum potest in infinitum aliquid considerare, ut apparet in additione numerorum & linearum, unde infinitum aliquo modo sumptum, est proportionatum rationi. Nam uniuersale quod ratio apprehendit, est quodammodo infinitum, in quantum in potentia continet infinita singularia.

AD TERTIUM dicendum, quod ad hoc, quod aliquis delectetur, non requiritur quod omnia consequatur, quæ concupiscit: sed in quolibet concupito, quod consequitur, delectatur.

ar. 3.

6 post mediam to. 5.

pod. i. Pol. c. 8. tom. 5.

721. simul.

10. 63. 10. 2.

In 7. artic. q. 31. col. lige requisita ad delectationem, & uide quadoque exigi subiectum, obiectum, & tres actus, scilicet coniunctiones eorum quæ diuersimode fit (ut inferius patet) quæ significat ly, con-

stitutio cognitionis tam obiecti, quæ con-

iunctionis: & hanc significat ly, sensibilibus, & immutationis appetitus, quæ est for-

malis delectatio: & hanc significat ly, motus animi: obiectum exigit con-

naturalitatem, quam significat ly, naturam existentem: con-

iunctio uero exigit similitudinem, quam significat ly, tota similitudine. Et sic diffinitio adunat omnia, quæ inferius singillatim discutenda sunt.

In secundo uero nota, quod illa uerba, Si bonum adeptum sit omnino intransmutabile, delectatio nec per se nec per accidens erit in tempore, intelliguntur de bono adepto ut adepto: ita quod non solum ipsum secundum se, sed ut adeptum sit omnino intransmutabile, quare erit bonum beatus in patria.

In tertio autem aduerte, quod illa uerba in calce uerba articulari, scilicet, quod illis nominibus, scilicet, letitia, exultatione, & iocunditate non uimur, nisi in naturis rationalibus: intelligenda sunt secundum proprietatem, quod scilicet non utimur eis proprie, nisi in rationalibus. Dico autem hoc propter exultationem, quæ etiam pecoribus attribuitur, ut Augustinus dicit in epistola ad Dardanum, & in Psalm. Montes exultauerunt uarietates, & colles sicut agni ouium.

Super

lib. Rhet. c. 10. & lib. 10. c. 3. 10. 5.

Li. 10. c. h. e. 4. & 3. 10. 5.

li. 7. c. h. ca. 11. & lib. 10. c. 3. 10. 5.

Li. 2. c. h. res. 2. 5. & 6. fi. mult. 10. 2.

10 corp.

Infin. 10. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

10. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Infin. 10. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

esse est competere delectationi. Nam sicut Philosophus dicit in 1. Rhetor. * Delectatio est quidam motus animæ, & constitutio simul tota, & sensibilis in naturam existentem. Ad cuius intellectum considerandum est, quod sicut contingit in rebus naturalibus aliqua consequi suas perfectiones naturales, ita hoc contingit in animalibus, & quamuis moueri ad perfectionem non sit totum simul, tamen consequi naturalem perfectionem, est totum simul. Hæc autem est differentia inter animalia, & alias res naturales, quod alia res naturales quando constituuntur in id, quod conuenit eis secundum naturam, hoc non sentiunt, sed animalia hoc sentiunt: & ex isto sensu causatur quidam motus animæ in appetitu sensitivo, & iste motus est delectatio. Per hoc ergo quod dicitur quod delectatio est motus animæ, ponitur in genere. per hoc autem quod dicitur, constitutio in existentem naturam, id est, in id quod existit in natura rei, ponitur causa delectationis scilicet presentia connaturalis boni. Per hoc autem quod dicitur, simul tota, ostenditur quod constitutio non debet accipi prout est in constituto, sed prout est in constitutum esse, quasi in termino motus. Non enim delectatio est generatio, prout Plato posuit, sed magis consistit in factum esse, ut dicitur in 7. Ethic. * Per hoc autem quod dicitur, sensibilis, excluduntur perfectiones rerum in sensibilibus, in quibus non est delectatio. Sic ergo patet, quod cum delectatio sit motus in appetitu animali consequens apprehensionem sensus, delectatio est passio animæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod operatio connaturalis non impedita, est perfectio secunda, ut habetur in 2. de Anima: & ideo quando constituitur res in propria operatione connaturali, & non impedita, sequitur delectatio, quæ consistit in perfectum esse, ut dictum est. Sic ergo cum dicitur, quod delectatio est operatio, non est predicatio per essentiam, sed per causam.

AD SECUNDVM dicendum, quod in animali duplex motus considerari potest, unus secundum intentionem finis, qui pertinet ad appetitum, alius secundum executionem, qui pertinet ad exteriorem operationem. Licet ergo in eo, qui iam consecutus est bonum, in quo delectatur, cesset motus executionis, quo tendit ad finem, non tamen cessat motus appetitiuæ partis, quæ sicut prius desiderabat non habitum, ita postea delectatur in habito. Licet enim delectatio sit quies quædam appetitus considerata presentia boni delectantis, quod appetitui satisficit: tamen adhuc remanet immutatio appetitus ab appetibili, per rationem cuius delectatio motus quidam est.

AD TERTIVM dicendum, quod quamuis nec in passionibus magis proprie conueniat passionibus corruptiuis, & in malum tendentibus, sicut sunt affectus corporales, & tristitia & timor in anima: tamen in bonis ordinantur aliquæ passiones, ut supra dictum est. & secundum hoc delectatio dicitur passio.

ARTICVLVS I.

Utrum delectatio sit in tempore.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vt, quod delectatio sit in tempore. Delectatio enim est motus quidam, ut in 1. Rhetor. * Philosophus dicit: sed motus omnis est in tempore: ergo delectatio est in tempore.

¶ 2 Præter Diurnum uel morosum dicitur aliquid secundum tempus. sed aliquæ delectationes dicuntur morosæ. ergo delectatio est in tempore.

¶ 3 Præter. Passiones animæ sunt unius generis: sed aliquæ passiones animæ sunt in tpe. ergo & delectatio.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 10. Ethicorum. * Quod secundum nullum tempus accipiet quis delectationem.

RESPON. Dicendum, quod aliquid contingit esse in tempore dupliciter, uno modo secundum se: alio modo per aliud, & quasi per accidens. Quia enim tempus est numerus successiuorum, illa secundum se dicuntur esse in tempore, de quorum ratione est successio, uel aliquid ad successionem pertinens: sicut motus, quies, locutio, & alia huiusmodi: secundum aliud uero, & non per se dicuntur esse in tempore illa, de quorum ratione non est aliqua successio, sed tamen alicui successio subiaccit: sicut esse hominem, de sui ratione non habet successionem: non enim est motus, sed terminus motus, uel mutationis, scilicet generationis ipsius: sed quia humanum esse, subiaccit causis transmutabilibus, secundum hoc, hominem esse, est in tempore. Sic igitur dicendum est, quod delectatio secundum se quidem non est in tempore. Sic est enim delectatio bono iam adepti quod est quasi terminus motus: sed si illud bonum adeptum transmutationi subiaccit, erit delectatio per accidens in tempore: si autem sit omnino intransmutabile, delectatio non erit in tempore nec per se, nec per accidens.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut dicitur in 3. de Anima, Motus dupliciter dicitur. Vno modo, quod est actus imperfecti, scilicet existentis in potentia, in quantum huiusmodi, & talis motus est successiuus, & in tempore. Alius autem motus est actus perfecti, scilicet existentis in actu, sicut intelligere, sentire, & uelle, & huiusmodi, & etiam delectari: & huiusmodi motus non est successiuus, nec per se in tempore.

AD SECUNDVM dicendum, quod delectatio dicitur morosa, uel diurna secundum quod per accidens est in tempore.

AD TERTIVM dicendum, quod alia passiones non habent pro obiecto bonum adeptum, sicut delectatio: unde plus habent de ratione motus imperfecti, quam delectatio, & per consequens magis delectationi conuenit non esse in tempore.

ARTICVLVS III.

Utrum delectatio differat a gaudio.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod gaudium sit omnino idem quod delectatio. Passiones enim animæ differunt secundum obiecta: sed idem est obiectum gaudii & delectationis, scilicet bonum adeptum: ergo gaudium est omnino idem quod delectatio.

¶ 2 Præter. Vnus motus non terminatur ad duos terminos: sed idem est motus qui terminatur ad gaudium & delectationem. scilicet concupiscentia: ergo delectatio & gaudium sunt omnino idem.

¶ 3 Præter. Si gaudium est aliud a delectatione, uideatur quod pari ratione, & lætitia, & exultatio, & iucunditas significant aliquid aliud a delectatione, & sic erunt omnes diuersæ passiones, quod uideatur esse falsum: non ergo gaudium differat a delectatione.

SED CONTRA est, quod in brutis animalibus non dicimus gaudium, sed in eis dicimus delectationem. non ergo est idem gaudium, & delectatio.

RESPON. Dicendum, quod gaudium, ut Auicenna dicit in libro suo de anima, est quædam species delectationis. Est enim considerandum, quod sicut sunt quædam concupiscentiæ naturales, quædam autem non naturales, sed consequuntur rationem, ut supra dictum est, ita et delectationum quædam sunt naturales, & quædam non.

Li. 3. de ani. 1. ex. 20. 10. 2.

Infin. q. 37. ar. 2. & 7. cor. & q. 41. ar. 1. 3. co. & 3. di. 27. q. 1. ar. 2. ad 3. & 4. di. 49. q. 3. ar. 3. q. 1. ad 3.

q. 3. ar. 2. 3. c.

¶ Super questionis trigesimeprime articulum quartum.

Circa dicta in 4. arti. Scotica subtilitas discutienda occurrit. Ipse nanque, ut superius allegatum est, ponit in uoluntate non solum operationes, sed passiones, illas liberas, istas naturales: illas a uoluntate in uoluntate, istas in uoluntate ab obiecto, unde in 3. sentent. distinct. 15. ex proposito probare nititur tristitiam in uoluntate non esse operationem eius, sed passionem quadrupliciter. primo, quia si est operatio, aut est uelle, aut nolle: sed non est uelle ut patet, nec nolle, ut probatur: quia Deus & beati possunt nolle, & tamen non possunt tritari. Secundo, quia summè nolente Sorte aliquid euenire, si illud eueniat, tristabitur: & tamen in eo non fiet aliqua operatio simpliciter, nec secundum aliquem gradum, quia iam ponitur quod summè noluit. Tertio, quia operatio est immediate in potestate uoluntatis, ut patet de uelle, & nolle. Tristari autem non est in potestate uoluntatis, cum nolitum aduenit. Quarto, quia operatio est & a uoluntate, & in uoluntate: tristitia autem est quidem in uoluntate, sed non a uoluntate: est enim de his quæ nobis nolentibus accidunt.

Lib. 2. de orth. fide c. 13. & 22. i. p. 1. li. 4. c. 10. & 22. in fine.

q. p. 2. c. 2. 3. ad 2.

¶ Ad euidenciam huius difficultatis mota hoc in tractatu, scilicet de delectatione, quia oppositorum eadem est disciplina, nec inferius specialiter que retur de tristitia, an sit in uoluntate: scito, quod si sole delectationes & tristitia essent passiones, cum ipse consequantur alios motus appetitus amorem, & odium formaliter, uel uirtualiter (nihil enim delectat nisi amatum, & nihil, contristat nisi odio habitum, seu nolitum) dicendum uideretur, quod passiones differunt ab operationibus in uoluntate: quia illæ immediate sunt illi, hæ autem medianibus illis: sed quoniam, ut ex dictis patet, amor est prima passio, quæ tamen in uoluntate manifeste est operatio: ideo non potest talis conditio uniuersaliter assignari passionibus translatis in uoluntatem. Propter quod ad tales passiones descendendo, dico quatuor. Primo quod tam delectatio quam tristitia est a uoluntate, & in uoluntate, probatur. Omnis motus uoluntatis est a duobus motoribus, altero quod ad specificationem, altero quod ad exercitium: & motor quod ad primum est obiectum, quod ad secum

Fdum uero est triplex, scilicet Deus, natura, & libertas, ut ex supradictis patet, & quocumque horum causante, uoluntas ipsa causat, ut ex supradictis patet. Igitur omnis motus uoluntatis causatur a uoluntate quod ad exercitium actus, ab obiecto autem quod ad specificam determinationem. Delectatio igitur & tristitia, cum sint animi motus secundum appetitum in intellectum, ut modo loquimur, a uoluntate sunt, & in uoluntate, quia immanentes actus sunt. Secundo, quod delectatio, proprie loquendo, non est uelle, nec tristitia nolle, probatur: quia superius fructus actus speciei distinctus est contra uelle & intendere: constat autem, quod delectatio in uoluntate aut est fructus, aut eius species. Et pari ratione tristitia, ut ibi inuenitur, distinguenda uidetur a nolle, & hoc loquendo proprie de uelle, & nolle. Et si largo uocabulo per uelle, omnis acceptatio uoluntatis, & per nolle omnis reuocatio signi ficetur, ut Augustini autoritas in littera allata sonat, dicens quod læticia est uoluntas: sic delectatio est uelle, & tristitia nolle. Tertio, quod tam delectatio, quam tristitia est a uoluntate ut natura, seu naturaliter declaratur ex ante dictis: & quod aliqua operatio est a uoluntate naturaliter, & quod fructus Dei clare uisus est naturalis. & probatur: quia non in potestate nostra esse uideatur tritari, uel delectari, apprehensio delectabilibus, & tristabilibus ipsi uoluntati id est uolitis, aut nolitis a nobis. Quarto, quod delectatio & tristitia habent magis rationem passionis in uoluntate, quam amor & odium, pro quanto illæ sunt uniuersaliter a uoluntate ut natura, hæc non. Et ideo uoluntas ad hoc se habet magis actiue, quam ad illas immediate: quoniam ad hoc cum dominio, ad illas non. Et propterea putatur uere passiones id est causata solummodo ab obiectis immedia

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum delectatio sit in appetitu intellectiua.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod delectatio non sit in appetitu intellectiua. Dicit enim Philosophus in primo Rhetoric. quod delectatio est motus quidam sensibilis, qui non est in parte intellectiua: ergo delectatio non est in parte intellectiua.

¶ 2 Præterea. Delectatio est passio quædam: sed omnis passio est in appetitu sensitiuo: ergo delectatio non est nisi in appetitu sensitiuo.

¶ 3 Præterea. Delectatio est communis nobis & brutis: ergo non est nisi in parte, quæ nobis & brutis communis est.

SED CONTRA est quod in Psalmo 36. dicitur. Delectare in Domino: sed ad Deum non potest extendi appetitus sensitiuus, sed solum intellectiua: ergo delectatio potest esse in appetitu intellectiua.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, delectatio quædam sequitur apprehensionem rationis. Ad apprehensionem autem rationis non solum commouetur appetitus sensitiuus per applicationem ad aliquid particulare, sed etiam appetitus intellectiua, qui dicitur uoluntas, & secundum hoc, in appetitu intellectiua, siue in uoluntate est delectatio, quod dicitur gaudium, non autem delectatio corporalis. Hoc tamen interest inter delectationem triuiscue appetitus, quod delectatio appetitus sensibilis est cum aliqua transmutatione corporali: delectatio autem appetitus intellectiua nihil aliud est, quam simplex motus uoluntatis. & in hoc Aug. dicit in

te, cum tamen sint operationes naturales ipsius uoluntatis, consequentes ab ipsa, & in ipsa ex obiectis apprehensio & uoluntas, aut nolitis formaliter uel uirtualiter. Et quoniam hoc medium est interesse omnino passionis, ut Scot. posuit, & esse omnino operationes uoluntarias: ideo obiecta utramque ueritatem participant: soluenda tamen simpliciter sunt, & dicendum ad primum, quod tristitia, proprie loquendo, nec est uelle, nec nolle, sed

c. 6. & 8. cir sed operatio contra
ca prim. 1.5.
c. 4. post me
dio 10.5.

4. de ciuit. Dei, * quod cupiditas
& letitia nihil est aliud, quam uo-
luntas in eorum consecutione q̄
uolumus.

AD PRIMVM ergo dicendum,
q̄ in illa diffinitione Philosophi,
sensibile ponitur communiter p̄
quacunque apprehensione. Dicit
enim Philosophus in 10. Ethic. *
quod secundum omnem sensum
est delectatio: similiter autem &
secundum intellectum, & specu-
lationem: uel potest dici, quod ip-
se diffinit delectationem appeti-
tus sensitui.

AD SECUNDVM dicendum est,
quod delectatio habet rationem
passionis proprie loquendo, in-
quantum est cum aliqua transmu-
tatione corporali: & sic non est
in appetitu intellectiuo, sed secun-
dum simplicem motu. sic enim
etiam est in Deo & in angelis: un-
de dicit Philosophus in 7. Ethico-
rum, * quod Deus una simplici
operatioe gaudet. Et Dio. dicit in
fin. cele. Hierar. † quod angeli nō
sunt susceptibiles nostre passibi-
lis delectationis, sed congaudent
Deo secundum incorruptionis
lætiam.

AD TERTIVM dicendum, q̄
in nobis non solum est delecta-
tio, in qua communicamus cum
brutis: sed etiam in qua commu-
nicamus cum angelis. unde ibi-
dem Dio. dicit. * quod sancti ho-
mines multotiens fiunt in parti-
cipatione delectationum angeli-
carum: & ita in nobis est delecta-
tio, non solum in appetitu sensiti-
uo, in quo communicamus cum
brutis, sed etiam in appetitu intel-
lectiuo, in quo communicamus
cum angelis.

ARTICVLVS V.

*Vtrum delectationes corporales, & sen-
sibiles sint maiores delectationibus
spiritualibus, & intelligibilibus.*

AD QVINTVM sic procedi-
tur. Videtur, quod delecta-
tiones corporales, &
sensibiles sint maiores delectatio-
nibus spiritualibus intelligibili-
bus. Omnes enim aliquam delecta-
tionem sequuntur, secundum
Philosophum in decimo Ethico-
rum * sed plures sequuntur delecta-
tiones sensibiles, quam delecta-
tiones spirituales intelligibiles. er-
go delectationes corporales sunt
maiores.

¶ 2 Præ. Magnitudo causæ ex ef-
fectu cognoscitur: sed delectatio-
nes corporales habent fortiores
effectus. transmutant enim cor-

pus, & quibusdam insanias faci-
unt, ut dicitur in 7. Ethico. * er-
go delectationes corporales sunt
fortiores.

¶ 3 Præ. Delectationes corporales oportet tempera-
re, & refranare propter earum uehementiam: sed
delectationes spirituales nō oportet refranare. ergo
delectationes corporales sunt maiores.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 118. Quam
dulcia faucibus meis eloquia tua sup meliori meo.
Et Philosophus dicit in decimo Ethico. * quod
maxima delectatio est, quæ est secundum operatio-
nem sapientia.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut iam dictum est, *
Delectatio prouenit ex coniunctione cōuenientis,
cū sentitur & cognoscitur. In operibus autem ani-
mæ, præcipue sensitua & intellectua, est hoc confi-
derandum, quod cum non transcant in materiam
exteriorem, sunt actus, uel perfectiones a operantis,
scilicet intelligere, sentire, uelle, & huiusmodi: nam
actiones, quæ transcant in exteriorem materiam, ma-
gis sunt actiones & perfectiones materiae transmuta-
tae: Motus enim est actus mobilis a mouente. Sic
igitur prædictæ actiones animæ sensitua, & intelle-
ctua, & ipsæ sunt quoddam bonum operantis, &
sunt etiam cognite per sensum, uel intellectum: un-
de etiam ex ipsis confurgit delectatio, & non solum
ex eorum obiectis. Si igitur comparentur delecta-
tiones intelligibiles delectationibus sensibilibus, se-
cundum quod delectamur in ipsis actionibus (puta,
in cognitione sensus, & in cognitione intellectus)
non est dubium, quod multo sunt maiores delecta-
tiones intelligibiles, quam sensibiles. Multo enim ma-
gis delectatur homo de hoc, quod cognoscit aliquid
intelligendo, quam de hoc, quod cognoscit aliquid
sentiendo: quia intellectualis cognitio & perfectior
est, & etiam magis cognoscitur, quia intellectus ma-
gis reflectitur supra actum suum, quam sensus. Est
etiam cognitio intellectua magis dilecta: nullus
enim est qui non uellet magis carere visu corporali,
quam visu intellectuali, eo modo quo bestia, vel
stulti carent, sicut Augustinus dicit in libro de Ci-
uitate Dei. * Sed si comparentur delectationes intel-
ligibiles spirituales delectationibus sensibilibus cor-
poralibus, sic secundum se, & simpliciter loquendo
delectationes spirituales sunt maiores: & hoc appa-
ret secundum tria, quæ requiruntur ad delectatio-
nem, scilicet bonum coniunctum, & id cui coniun-
gitur, & ipsa coniunctio. Nam ipsum bonum spiri-
tuale, & est maius, quam corporale bonum, & est
magis dilectum: cuius signum est, quod homines
etiam a maximis corporalibus uoluptatibus abstin-
ent, ut non perdant honorem, qui est bonum in-
telligibile: similiter etiã ipsa pars intellectua est mul-
to nobilior, & magis cognoscitua, quam pars sensiti-
ua. Coniunctio etiam utriusque est magis intima,
& magis perfecta, & magis firma. Intimior quidem
est, quia sensus sinit circa exteriora accidentia rei:
intellectus uero penetrat usque ad rei essentiam.

Obiectum enim intellectus est quod quid est: per-
fectior autem est, quia coniunctioni sensibilis ad
sensum adiungitur motus, qui est actus imperfectus:
unde, & delectationes sensibiles non sunt totæ sim-
ul, sed in eis aliquid pertransit, & aliquid expe-
ctatur consummandum, ut patet in delectatione
eiborum & uenerorum: sed intelligibilia sunt abs-
que motu, unde delectationes tales sunt totæ simul.
Est etiam firmior, quia delectabilia corporalia sunt
corruptibilia, & cito deficiunt: bona uero spiritualia
sunt

Inf. 4. p.
1. co. 2.
4. ar. 2.
1. ar. 2.
3. ar. 2.
2. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.

Inf. 7. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.

Inf. 7. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.

Inf. 7. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.

Inf. 7. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.

Inf. 7. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.

Inf. 7. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.
1. ar. 2.

c. 3. circa me
dium, 10.5.

c. 7. & 8. 10-
mo. 5.

ar. 1.

D. 11. 22.

11. 14. detri.
cap. 14. post
mediū, 10.5.

funt incorruptibilia: sed quò ad nos, delectationes corporales sunt magis uehemètes pp tria. Primò, ga gabilia. Secundo èt, quia delectationes sensibiles, cù sunt passiones sensitiui appetitus, sunt cù aliqua trãsmutatione corporali: quod non cõtingit in delectationibus spiritualibus, nisi per quandam redundantiã a superiori appetitu in inferiorem. Tertiò, quia delectationes corporales appetuntur ut medicinã: quaedam contra corporales defectus, uel molestias, ex quibus tristitiẽ quẽdam consequuntur: unde delectationes corporales, tristitiis hmõdi superuenientes, magis sentiuntur, & per consequens, magis accipiuntur, quàm delectationes spirituales, quã non habent tristitiã contrariã, ut infra dicitur.

q. 37. ar. 4.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd ideo plures sequuntur delectationes corporales: quia bona sensibilia sunt magis. & plurib. nota: & èt quia homines indigent delectationibus, ut medicinis contra multiplices dolores, & tristitiã. Et cum plures hominũ non possint attingere ad delectationes spirituales, qd sunt proprie uirtuosorum, consequens est, quod declinent ad corporales.

AD SECUNDVM Dicendum, quòd transmutatione corporis magis cõtingit ex delectationib. corporalib. inquantũ sunt passiones appetit' sensitiui.

AD TERTIVM Dicendũ, qd delectationes corporales sunt secundum partem sensitiuã, quẽ regulatur rõne, & ideo indigent temperari & refrinari per rationem: sed delectationes spirituales sunt secundum mentem, quẽ est ipsã regula: unde sunt secundum seipsas sobriã & moderatẽ.

¶ Super quãst. trigessimã articulu sextum.

ARTICVLVS VI.

Utrum delectationes tactus sint maiores delectationibus, quã sunt secundum alios sensus.

IN ar. 6. aduerte, qd cum dicitur, qd delectationes tactus sunt ad quas ordinantur concupiscẽtiã naturales, pot' tripliciter intelligi. Primo cum præcisione, ut scilicet solas delectationes sensuum in quantum utiles, quã appellantur in littera delectationes tactus, ordinentur concupiscẽtiã naturales: & hũc sensũ insinuat distinctio harum delectationum contra delectationes sensuum, in quantum faciunt cognoscere, cum ille sint naturales, iste nõ: & ideo ille potiores.

q. 1. q. 14. ar. 3. cor. & q. 1. ar. 4. co. & ad 3. & art. 7. cor. Et a. di. 49. q. 3. ar. 1. q. 2. & mal. q. 14. ar. 4. cor. & ad 2.

Sed contra hũc sensum occurrit auctoritas Arist. in 1. Rhetoricã c. 13. ponẽs concupiscẽtiã & delectationes naturales, quẽcunq; sunt, non p' aestimare aliquid: & subdit, qd tales sunt quẽcunq; dicunt esse natura, & subiungit de sensib. omnib. Et confirmatur rõne, qd pulchra delectant uisum, & similiter suauis cantus auditũ, & et soni absq; omni utilitate, & absq; existimatiõne, sola naturali conuenientia, ut experientia testatur. Secõdõ igitur pot' intelligi secundũ excellentiam, ut scilicet ad primas delectationes maxime ordinentur concupiscẽtiã naturales: Et ex hoc hẽt itẽ author ex naturalitate, quia ex hoc qd naturale est potentissimũ in unoquoque, magis naturale est potentius, ac per hoc delectationes illã, ad quas proprie ordinantur concupiscẽtiã naturales, sunt maiores. Pot' èt tertio dici, qd licet ambã delectationes, scilicet tactus, & uisus, sint fundamentum est & necessarium naturã: uisus aut' ad bene esse posterius aduenit. Et quia littera comparabat delectationem hominum duorum sensuum illã, qd tactus est, distinxit contra illã, ut naturalem contra animalẽ, & hũc sensũ fauet comparatiua aduerbia in responsoe ad primum in littera posita.

q. 11. to. 6.

q. 10. tom. 5.

AD SEXTVM sic proceditur. Vbi, qd delectationes, quã sunt secundum tactum, nõ sunt maiores delectationibus, quẽ sunt secundum alios sensus. Illa enim delectatio uidetur esse maxima, quã exclusã, gaudium omne cessat: sed talis est delectatio quã est secundum uisum. Dicitur enim Tobie quinto. Quale gaudium erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumẽ celi non uideo? ergo delectatio, quã est per uisum, est maxima inter sensibiles delectationes.

¶ 2. Præt. Vnicuique fit delectabile illud, quod amat, ut Philosoph' dicit in 1. Rhetor. * sed inter alios sensus maxime diligitur uisus: ergo delectatio, quã est secundum uisum, est maxima.

¶ 3. Præt. Principium amicitie delectabilis, maxime est uisio: sed cã talis amicitie est delectatio. ergo secundum uisum uidetur esse maxime delectatio.

SED CONTRA est, qd Philosophus dicit in 3. Eth. * qd maxime delectationes sunt secundum tactum.

RESPON. Dicendum, quod si

ent iam dictum est, * Vnũquodque, in quantum amatur, efficitur delectabile: sensus autem, ut dicitur in 1. Met. * pp duo diligitur, scilicet pp cognitionem, & pp utilitatem, unde & utroque modo contingit esse delectationem secundum sensum. Sed quia apprehendere ipsã cognitionem tanquam bonum quoddã, proprium est hominis: ideo primã delectationem sensuum, quẽ sunt secundum cognitionẽ, sunt propria hominum: delectationes autem sensuum, in quantum diligitur propter utilitatẽ, sunt communes omnibus animalib'. Si igitur loquamur de delectatione sensus, quã est ratione cognitionis, manifestum est, quòd secundum uisum est maior delectatio, quàm secundum aliquẽ alium sensum. Si autem loquamur de delectatione sensus, quã est rõne utilitatis, sic maxima delectatio est secundum tactum. Vtilitas n. sensibilem attenditur secundum ordinem ad conseruationem naturã animalis, ad hanc autem utilitatem propinquius se habent sensibilia tactus. Est enim tactus cognoscitiuus eorum, ex quib. consistit animal. scilicet calidi, & frigidi, & humidi, & siccũ, & hmõdi. unde secundũ hoc delectationes, quã sunt secundum tactum, sunt maiores, quasi fini propinquiores: & propter hoc etiam animalia alia, quã nõ habent delectationẽ secundũ sensum, nisi rõne utilitatis, nõ delectantur secundũ alios sensus, nisi in ordine ad sensibilia tactus.

Neque enim odoribus leporum canes gaudent: sed cibatione: neque leo uoce bouis, sed comestione, ut dicitur in tertio Ethicorum. * Cum igitur delectatio tactus sit maxima ratione utilitatis, delectatio autem uisus ratione cognitionis, si quis utramque comparare uelit, inueniet simpliciter delectationem tactus esse maiorem delectatione uisus, secundum quod consistit infra limites sensibiles delectationis, quia manifestum est quòd id, quòd est naturale in unoquoque est potentissimum. Huiusmodi autem delectationes tactus sunt, ad quas ordinantur concupiscẽtiã naturales, sicut cibi, & ueneria, & huiusmodi. Sed si consideremus delectationes uisus secundum quòd uisus deseruit intellectui, sic delectationes uisus erunt potiores ea ratione, quã & intelligibiles delectationes sunt potiores sensibilibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gaudium: sicut supra dictum est, * significat animalẽ delectationem, & hac maxime pertinet ad uisum, sed delectatio naturalis magis pertinet ad tactum.

AD SECUNDVM Dicendum, quod uisus maxime diligitur propter cognitionem, eo quòd multas rerum differentias nobis ostendit, ut ibidem dicitur. *

AD TERTIVM Dicendum, quòd alio modo delectatio est cã amoris carnalis, & alio modo uisio: nã delectatio est

matione, sola naturali conuenientia, ut experientia testatur. Secõdõ igitur pot' intelligi secundũ excellentiam, ut scilicet ad primas delectationes maxime ordinentur concupiscẽtiã naturales: Et ex hoc hẽt itẽ author ex naturalitate, quia ex hoc qd naturale est potentissimũ in unoquoque, magis naturale est potentius, ac per hoc delectationes illã, ad quas proprie ordinantur concupiscẽtiã naturales, sunt maiores. Pot' èt tertio dici, qd licet ambã delectationes, scilicet tactus, & uisus, sint fundamentum est & necessarium naturã: uisus aut' ad bene esse posterius aduenit. Et quia littera comparabat delectationem hominum duorum sensuum illã, qd tactus est, distinxit contra illã, ut naturalem contra animalẽ, & hũc sensũ fauet comparatiua aduerbia in responsoe ad primum in littera posita.

¶ Super

Lib. 1. esp. 11. tom. 1. ar. 1. h. c. 11. p. 3. prin. 1. tom. ex co. 5. h. tu.

maximè quæ est secundum tactum, est causa amicitie delectabilis per modum finis: uisio autem est causa, sicut unde est principium motus, in quantum p uisum amabilis imprimitur species rei, quæ allicit ad amandū, & ad concupiscendū eius delectationē.

ARTICVLVS VII.

Utrum aliqua delectatio sit non naturalis.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur, quod nulla delectatio sit innaturalis. Delectatio enim in affectibus animæ proportionatur quieti in corporibus: sed appetitus corporis naturalis non quiescit nisi in loco connaturali. ergo nec quies appetitus animalis, quæ est delectatio, potest esse nisi in aliquo connaturali. nulla ergo delectatio est non naturalis.

¶ 2 Præ. Illud quod est contra naturam, est uolentium: sed omne uolentium est cōtristans, ut dicitur in 5. Metaphysic. * ergo nihil, quod est contra naturam, est delectabile.

¶ 3 Præ. Constitui in propriam naturam, cum sentitur, causat delectationem, ut patet in definitione Philosophi supra posita: * sed constitui in naturam, unicuique est naturale: quia motus naturalis est, qui est ad terminum naturalem. ergo omnis delectatio est naturalis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 7. Ethic. * quod quædam delectationes sunt ægritudinales. & contra naturam.

RESPON. Dicendum, quod naturale dicitur, quod est secundum naturam, ut dicitur in 2. Physic. * Natura autem in homine dupliciter sumi potest, Vno modo prout intellectus & ratio est potissime hominis natura: quia secundum eam homo in specie constituitur, & secundum hoc naturales delectationes hominum dici possunt, quia sunt in eo, quod conuenit homini secundum rationem: sicut delectari in cōtemplatione ueritatis, & in actibus uirtutum, est naturale hominum. Alio modo potest sumi natura in homine secundum quod condiuiditur rationi, sicut quod est cōcōmuni, & aliis, præcipue quod rationi non obedit: & secundum hoc ea, quæ pertinent ad conseruationem corporis, uel secundum indiuiduum, uel cibis, potus, lectus, & huiusmodi: uel secundum speciem, sicut uenerorum usus dicuntur homini delectabilia naturaliter. secundum utraque autem delectationes contingit aliquas esse innaturales, simpliciter loquendo, sed connaturales secundum quod. Cōtingit enim in aliquo indiuiduo corrumpi aliquod principiorum naturalium speciei: & sic id quod est contra naturam speciei, fieri per accidens naturale huic indiuiduo: sicut huic aquæ calefactæ est naturale, quod calefaciat. Ita igitur contingit, quod id, quod est contra naturam hominis uel quantum ad rationem, uel quantum ad corporis conseruationem, fiat huic homini connaturale propter aliquam corruptionem naturæ in eo existentem: quæ quidem corruptio potest esse uel ex parte corporis, sicut ex ægritudine, sicut febriçantibus dulcia uidentur amara & e conuerso: siue propter malam complexionem, sicut aliqui delectantur in comestione terræ, uel carbonum, uel aliorum huiusmodi: uel etiam ex parte animæ, sicut propter consuetudinem aliqui delectantur in comedendo homines, uel in coitu bestiarum, aut masculorum, aut aliorum huiusmodi, quæ non sunt secundum naturam humanam. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VIII.

Utrum delectatio possit esse delectationi contraria.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quod delectationi non sit delectatio contraria. Passiones enim animæ speciē & contrarietatem recipiunt secundum obiectum: obiectum autem delectationis est bonum. Cum igitur bonum non sit contrarium bono, sed bonū malo contrarietur, & malum malo, ut dicitur in prædicatione mentis, * uideretur quod delectatio non sit cōtraria delectationi.

¶ 2 Præ. Vni est contrarium unū, ut probatur in 10. Metaphysic. sed delectationi contraria est tristitia. non ergo delectationi contraria est delectatio.

¶ 3 Præ. Si delectationi contraria est delectatio, hoc non est nisi propter contrarietatem eorū in quibus aliquis delectatur: sed hæc differentia est materialis: contrarietas autem est differentia secundum formam, ut dicitur in 10. Metaphysic. * ergo contrarietas non est delectationis ad delectationem.

SED CONTRA, Ea quæ se impediunt in eodem genere existentia secundum Philosophum. * sunt contraria: sed quædam delectationes se inuicem impediunt, ut dicitur in 10. Ethicorum. * ergo aliquæ delectationes sunt contrariæ.

RESPON. Dicendum, quod delectatio in affectionibus animæ, sicut dictum est, * proportionatur quieti in corporibus naturalibus. Dicuntur autem due quietes esse contrariæ, quæ sunt in cōtrariis terminis: sicut quies quæ est sursum, ei quæ est deorsum, ut dicitur in 5. Physic. * uñ & contingit in affectibus animæ duas delectationes esse contrarias.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod uerbum illud Philosophi, est intelligendum, secundum quod bonū & malum accipitur in uirtutibus & uitiiis: nam inueniuntur duo contraria uitia, non autem inuenitur uirtus cōtraria uirtuti. In aliis autem nil prohibet duo bona esse ad inuicem cōtraria, sicut calidum & frigidum, quorū unū est bonū igni, alterū aquæ. Et per hunc modū delectatio potest esse delectationi cōtraria: sed hoc in bono uirtutis esse non potest, quia bonū uirtutis non accipitur, nisi per cōueniētiam ad aliqd unū. scilicet rationem.

AD SECVNDVM dicendum, quod delectatio se hēt in affectibus animæ, sicut quies naturalis in corporibus: est enim in aliquo conuenienti, & quasi connaturali. Tristitia autem se hēt sicut quies uiolenta. Tristabile enim repugnat appetitui animali. sicut locus quietis uiolente appetitui naturali: quieti autem naturali opponitur,

¶ Super quæst. trigesima primæ articulum octauum.

Articulo septimo omisso, circa octauum in responsione ad tertium, dubium occurrit: quia superius in quæstio. 30. art. secundo dictum est, quod differentia obiecti secundum naturam facit materiam diuersitatem passionum: hic uero dicitur quod obiecta delectationum diuersificant non solum materialiter, sed formaliter delectationem.

Ad hoc dicitur breuiter, quod doctrina superiori non repugnat præsens: quoniam ibi didicimus, quod diuersitas obiecti secundum uirtutem causat diuersitatem passionum, non autem diuersitas secundum naturam.

Et utrunque est uerum uniuersaliter intellectum: non enim omnis diuersitas naturæ obiecti diuersificat speciem passionis. nunc uero dicimus, quod aliqua diuersitas naturæ obiecti (illa scilicet quæ redundat in diuersam rationem delectabilis) diuersificat speciem passionis. constat autem hæc sibi inuicem non aduersari, nec hoc est singulare in delectatione: nam idem est de concupiscētia iudicium. Cum enim concupiscētia sit appetitus delectabilis, ad delectationemque se habeat ut motus ad quem ipsum terminat, consequens est, quod delectabilibus existentibus contrariis, ac per hoc distinctis specie, necesse sit & delectationes, & concupiscēntias esse cōtrarias, ac per hoc specificè distinctas.

In post prædic. c. de oppositis, circa prin. tom. 1. tex. 17. to. 3.

tex. 13. to. 3.

11. 10. Metaphysic. text. 13. Et 14. to. 3.

cap. 5. inter prin. & medium to. 5. ar. 2. huius 9.

11. 5. Physic. tex. 54. to. 2.

¶ Super

Lib. 1. 2. eth. cap. 11. circa prin. to. 6.

ar. 1. huius 9.

e. 11. præm a prin. & ca. v. tom. 5.

ex eo. 4. Et 5. huius to. 2.

cap. 5. inter prin. & medium to. 5. ar. 2. huius 9.

11. 5. Physic. tex. 54. to. 2.

¶ Super Quaestionem trigessimam secundam.

Circa primum articulum q. 32. dubium occurrit, An operatio sit propria causa delectationis, ut constitutio in connaturali bonum, an indistincte. Et ut clarior sit questio, recolito, quod in definitione delectationis positi sunt duo actus pro causa delectationis scilicet cognitio & constitutio, & quia nulli dubium est quod cognitio est operatio, si ea ratione operatio est causa propria delectationis, quia oportet cognitione intervenire ut causam, quaestionis solutio clara est. Quia vero factis ambiguum est, an constitutio sit necessario operatio, id si ea ratione operatio causa propria delectationis dicitur: quia omnis itaque constitutio talis in connaturali bonum causans delectationem est operatio, singulariter dictum & disputabile est. Et est inter hos duos sensus tanta differentia, quod in primo indistincte, & sine contradictione aliqua operatio ponitur causa delectationis, in secundo vero operatio ponitur prima causa eiusdem, & ut constituens in connaturali. Et pro parte affirmativa huius secundi sensus sunt verba authoris in litera uolentis, quod consecutio boni conueniens consistit in operatione. Et in responsione ad primum dicitur, quod quae habemus, non delectant, nisi apprehensa ut habita, & habere nihil aliud est quam eis uti, uel posse uti, quod est per aliquam operationem. Pro parte uero negativa est, quia proprium esse & uiuere, & alia huiusmodi delectant, & tamen constitutio nostra in eis non est per operationem, sed per esse. Delectant quoque nos multa, in quibus constitutum non per operationem, sed per recipe re, seu pari, ut patet cum calefieri, uel refrigerari delectamur delectat, & conueniens locus in quo potest esse in loco, non potest pari constitutum.

Li. 5. Phys. text. 54 & 55. a. 2.

q. 23.

& quies uiolenta eiusdem corporis, & quies naturalis alterius, ut dicitur in 5. Phys. unde delectationi opponitur, & delectatio, & tristitia

AD TERTIUM dicendum, quod ea in quibus delectamur, cum sint obiecta delectationis, non solum faciunt differentiam materiale, sed etiam formalem, si sit diuersa ratio delectabilitatis: diuersa enim ratio obiecti diuersificat speciem actus, uel passionis, ut ex supradictis patet.

QVAESTIO XXXII.

De causa delectationis, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causis delectationis.

ET CIRCA hoc quaeruntur octo.

¶ Primo, Vtrum operatio sit causa propria delectationis.

¶ Secundo, Vtrum motus sit causa delectationis.

¶ Tertio, Vtrum spes & memoria.

¶ Quarto, Vtrum tristitia.

¶ Quinto, Vtrum actiones aliorum sunt nobis delectationis causa.

¶ Sexto, Vtrum benefacere alteri sit causa delectationis.

¶ Septimo, Vtrum similitudo sit causa delectationis.

¶ Octauo, Vtrum admiratio sit causa delectationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum operatio sit causa propria delectationis.

AD PRIMUM sic procedit. Vbi, quod operatio non sit propria & prima causa delectationis, ut enim Philosophus dicit in primo Rhet. Delectari, consistit in hoc, quod sensus aliquid patitur. Requiritur enim ad delectationem cognitio, sicut dictum est: sed prius sunt cognoscibilia obiecta operationum, quam ipsae operationes: ergo operatio non est propria causa delectationis.

¶ 2. Præter. Delectatio potissime consistit in fine adepti: hoc enim est quod praecipue concupiscitur: sed

quod constitutio in delectatione congenitorum sicut & in delectatione similibus, sit secundum esse, etiam si nulla inde operatio proueniret. Et per hoc patet solutio obiectorum, & quaestionis.

¶ 3. Præter. Otium, & requies dicuntur per cessationem operationis: haec autem sunt delectabilia, ut dicitur in 1. Rhetoric. non ergo operatio est propria causa delectationis.

¶ 4. Præter. Dicendum, quod si Philosophus dicit 7. & 10. Ethic. quod delectatio est operatio connaturalis, non impedita.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, ad delectationem duo requiruntur. scilicet consecutio boni conueniens, & cognitio huiusmodi adeptionis, utriusque autem horum in quadam operatione consistit. Nam actualis cognitio operatio est quadam: similiter bonum conueniens adipiscimur aliqua operatione, ipsa etiam operatio propria, est quoddam bonum conueniens: unde oportet, quod omnis delectatio aliquam operationem consequatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ipsa obiecta operationum non sunt delectabilia, nisi in quantum conueniunt nobis vel per cognitionem solam, sicut cum delectamur in consideratione, uel inspectione aliquorum, uel quocumque alio modo simul cum cognitione: sicut cum aliquis delectatur in hoc, quod cognoscit se habere quodcumque bonum, puta, diuitias, uel honorem, uel aliquid huiusmodi, quod quidem non essent delectabilia, nisi in quantum apprehenduntur, ut habita. Vt enim Philosophus dicit in 2. Polit. Magna delectationem habet, putare aliquid sibi proprium, quae procedit ex naturali amore alicuius ad seipsum. Habere autem huiusmodi, nihil est aliud quam uti eis, uel posse uti: & hoc est per aliquam operationem, unde manifestum est, quod omnis delectatio in operationem reducitur sicut in causam.

AD SECUNDUM dicendum, quod etiam in illis, in quibus operationes non sunt fines, sed operata ipsa, operata sunt delectabilia, in quantum sunt habita, uel facta, quod refertur ad aliquem usum, uel operationem.

AD TERTIUM dicendum, quod operatio quod constitutio in delectatione congenitorum sicut & in delectatione similibus, sit secundum esse, etiam si nulla inde operatio proueniret. Et per hoc patet solutio obiectorum, & quaestionis.

¶ 5. Præter. Otium, & requies dicuntur per cessationem operationis: haec autem sunt delectabilia, ut dicitur in 1. Rhetoric. non ergo operatio est propria causa delectationis.

¶ 6. Præter. Dicendum, quod si Philosophus dicit 7. & 10. Ethic. quod delectatio est operatio connaturalis, non impedita.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, ad delectationem duo requiruntur. scilicet consecutio boni conueniens, & cognitio huiusmodi adeptionis, utriusque autem horum in quadam operatione consistit. Nam actualis cognitio operatio est quadam: similiter bonum conueniens adipiscimur aliqua operatione, ipsa etiam operatio propria, est quoddam bonum conueniens: unde oportet, quod omnis delectatio aliquam operationem consequatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ipsa obiecta operationum non sunt delectabilia, nisi in quantum conueniunt nobis vel per cognitionem solam, sicut cum delectamur in consideratione, uel inspectione aliquorum, uel quocumque alio modo simul cum cognitione: sicut cum aliquis delectatur in hoc, quod cognoscit se habere quodcumque bonum, puta, diuitias, uel honorem, uel aliquid huiusmodi, quod quidem non essent delectabilia, nisi in quantum apprehenduntur, ut habita. Vt enim Philosophus dicit in 2. Polit. Magna delectationem habet, putare aliquid sibi proprium, quae procedit ex naturali amore alicuius ad seipsum. Habere autem huiusmodi, nihil est aliud quam uti eis, uel posse uti: & hoc est per aliquam operationem, unde manifestum est, quod omnis delectatio in operationem reducitur sicut in causam.

AD SECUNDUM dicendum, quod etiam in illis, in quibus operationes non sunt fines, sed operata ipsa, operata sunt delectabilia, in quantum sunt habita, uel facta, quod refertur ad aliquem usum, uel operationem.

AD TERTIUM dicendum, quod operatio quod constitutio in delectatione congenitorum sicut & in delectatione similibus, sit secundum esse, etiam si nulla inde operatio proueniret. Et per hoc patet solutio obiectorum, & quaestionis.

4. dist. 49. q. 3. ar. 5. q. 4. cor.

C. 21. to. 6.

q. 21. ar. 1.